



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 5. Conjuratio in vitam Leonis decreta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

## §. V.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1517.*Conjuratio in vitam Leonis decreta.*

Exiguo post absolutam Synodum tempore summus Pontifex de conjuratione in ejus vitam conflata nuncium accepit, præcipuis Auctoribus Alphonso Petruccio Senensi, & Bendinello Saulio Cardinalibus. Ambo Franciscum Mariam Ruveream Julii II. Nepotem, cui Urbina Ducatus parebat, a Leone deturbatum ægerrime ferebant; præcipue vero Petruccius indignabatur, quod tam ipsum, quam fratres suos Burghesium & Fabium Papa Senis expelli curasset, quamvis Pandulphus eorum Pater hujus Reipublicæ Princeps Medicæis, ut Imperium Florentinum recuperarent, summam dicasset operam. Igitur Petruccius vindictam de Papa sumpturus, aut Ruveream in Urbina Ducatum reponere, aut Leonem veneno interficere, animo constituit, hancque in rem quosdam Cardina-

*Guicc. l. 13.  
Paul. Jov.  
in vit. Leon.  
X.  
Victorel. in  
addit. Ciac.  
Bemb. l. 15.  
p. 23.  
Paris l. c. t.  
4. p. 200.*

vere fuerit, ibidem in dubium vocat: *Ut quid enim, inquit, non aliis Synodicis inserta, cum singulis Concilii Sessionibus aliæ inserantur a diversis habitæ? Nunquid aberant Episcopi, Prælati, aut Religiosi, ut Viro Laico in publico Patrum Senatu declamandi munus demandari debuerit?*

Sæcul. XVI. dinales aliis de cauffis erga Papam mi-  
 A.C. 1517. nus affectos facinoris socios adlegere sa-  
 tegit; horrebant illi sceleris atrocitatem,  
 nihil tamen Petruccius inde territus fa-  
 crilegi consilii executionem paravit, tan-  
 demque Chirurgum, qui quoddam Pa-  
 pæ ulcus curabat, ad suas partes pertra-  
 xit. ast neque hoc succedente consilio  
 Roma abiit unacum Bendinello Cardina-  
 le, demum vero ambo cum Urbinatis Duce,  
 & Carolo Ballione conspirarunt. Re com-  
 perta summus Pontifex datis literis Pe-  
 truccium rogabat, ut Romam rediret,  
 nullosque Senis tumultus concitaret: ast  
 ille paternæ admonitionis impatiens, at-  
 que Senensium Rempublicam ad Sedi-  
 tionem commovere desperans, ad pristi-  
 na Papam necandi consilia rediit.

## §. VI.

*Ambo Cardinales comprehensi, ac cus-  
 todicæ dati.*

Opportune tamen quarumdam litera-  
 rum, quas hanc in rem Petruccius  
 scripserat, indicibus res detecta est. His  
 enim interceptis, ac Leoni traditis, is de  
 salute sua anxius, singulari utebatur so-  
 lertia. Ergo Petruccium Romam redire  
 identidem hortatur, eo usus obtentu,  
 perinde ac si cum eo agere vellet de me-  
 diis, quibus in Senensem Ecclesiam re-  
 vocari